

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 40.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

§. 39.

2) *Contra quem protestetur?*

Instituitur protestatio, uti dicunt, contra eum, qui actum istum, de quo suscipiendo adeundus est, non suscipit. Ex ipso tamen cambii instrumento pateat, actionem talem ab eodem exigendam esse, atque id quidem hoc ipso tempore. Minime ergo protestandum contra istum, cujus nomen in cambio non occurrit, et ad quem cambium non est directum; nam tunc nullo modo ex cambio apparet, obligationem ejus, a quo petatur, cambialem ab omissione quadam istius suspensam esse. Quae enim extra cambium occurrunt, ad processum cambialem non pertinent *).

§. 40.

Quaeritur porro de cambiis, quae non in trassati domicilio, sed aliunde a quodam trassati mandatario solvenda sunt. Acceptavit scilicet trassatus et mandatum de solutione alio loco praestanda ad alterum quendam direxit. Jam si mandatarius iste non solvat, protestatione sane opus est; sed utrum sola ex facto hujus mandatarii concepta sufficiat, an acceptans iste nunc iterum de solutione adeundus, eaque deficiente nova protestatione opus sit, dubitatur. Mihi quidem probatur *SIEVEKINGII* **) sententia, priori sola rem confectam esse. Argumento enim hoc unico omnia exposita esse videntur, esse hanc conditionem cambii, ne in trassati domicilio solvatur, sed alibi. Inscriptis trassatus acceptationem et assignatio-

*) cf. de hoc aliisque casu simili *SIEVEKINGII Materialien* §. 174. 175.

**) *Materialien*. §. 136, sqq.

tionem, a quo solutio sit petenda. Omnia haec ex propria scriptura patent. Omisio igitur assignati sola probanda restat, et haec quidem non nisi protestatione probari potest *).

§. 41.

3) Confectaria ex praecedentibus.

Possimus etiam fingere casum, in quo ipse trassatus ad protestationem instituendam obligatus haberi potest. Evenit interdum, quod cambium trassato ad acceptationem praestandam remittitur. Quod si fiat a quodam indossatario, ordinario hic in casum denegatae acceptationis regressum contra alium quendam habet. Probandum ergo est, acceptationem denegatam esse, ad quod protestatio omnino requiritur **).

§. 42.

Occurrit et hic iterum quaestio maxime controversa: an trassatus, qui cambium non ex istius tenore vel trassantis mente in literis avisatoriis declarata, sed in honorem trassantis acceptat, ad protestationem instituendam obligatus sit? Affirmare generatim videntur b. de SELCHOW ***) et ill. MUSÄUS, ****) Multis hanc sententiam

E 3.

ar-

*) Idem obtinere videtur ex argumento juris Borussiae (*allg. pr. LR.*) P. II. §. 1114.

***) cf. SIEVEKINGII *Materialien* §. 129.

****) *Grundsätze des WR.* §. 80.

*****) *Anfangsgründe des WR.* §. 154.

